

mine decem, Medico drachma, Adulatori talenta
 quinque, Consiliario fumus, scarto talentum, Philoso-
 pho triobolus. Secunda circumstantia *Quid* admo- ^{2.}
 net, quæ donamus, petita esse debere ex propriis *Quid?*
 facultatibus, cum non sit misericordia ex alienis
 largiri. Tertia circumstantia *Cur* finem respicit, ^{3.}
Cur? qui, quemadmodum in omni virtute, ita etiam
 hoc loco ipsum honestum esse debet: nam si pecu-
 niam des alteri, quo ille genio indulgere possit,
 aut instrumenta paret, quibus aliis noceat, jam ab
 honesto disceditur. His Theologus addit Dei glo-
 riam, animæ salutem, & aliorum divinorum mu-
 nerum impetrationem. Quarta circumstantia ^{4.}
Quantum, sive quantitatem observat, ubi monitore *Quantum?*
 Cicerone *Lib. I. de Officiis*: videndum est, ne major *tum?*
 benignitas sit, quam facultas. Quinta circumstan-
 tia est *Temporis*, ut scilicet tum exhibeantur bene- ^{5.}
 ficia, cum res exigit. Ingratum est beneficium, *Quo*
 inquit Seneca *Lib. II. de Beneficiis*, quod inter ma- ^{tempo-}
 nus dantis diu hæsit. Et secundum Ausonium E-
 pigram. LXXXI:

Gratia quæ tarda est, ingrata est, gratia namque

Cum fieri properat, gratia grata magis.

Hinc etiam obtinet tritum illud: *Liberalis non Libe-*
facit syllogismum, quod non accipiendum eo sensu, *ralis nō*
quasi plane non consideret, cui, & quantum dare *facit*
velit; sed quod non disputet secum, an digno ac e-*syllo-*
genti dare velit & debeat? Sexta circumstantia est *gismū.*
Loci, hoc est ut secreto potius, quam palam libera- ^{6.}
Quo
litas loco?